

Unigéniti tui, Dómine, nobis succúrat humánitas: ut, qui natus de Vírgine, matris integritátem non mínuit, sed sacrávit; in Nativitátis eius solémniis, nostris nos piáculis éxuens, oblatiónem nostram tibi fáciat accéptam Iesus Christus Dóminus noster: Qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

#### PREFAZIO DELLA SS. TRINITÀ

##### COMMÚNIO

*Ps. 70, 16-17 et 18 - Dómine, memorábor iustítiae tuae solíus: Deus, docuísti me a iuventúte mea; et usque in senéctam et sénium, Deus, ne derelínquas me.*

*Sal. 70, 16-17 e 18 - O Signore, celebrerò la giustizia, che è propria solo a Te. O Dio, che mi hai istruito fin dalla giovinezza, non mi abbandonare nell'estrema vecchiaia.*

##### POSTCOMMÚNIO

Purífica, quaésumus, Dómine, mentes nostras, benígnus, et rénova coeléstibus sacraméntis: ut consequénter et córporum praesens páriter, et futúrum capiámus auxiliúm. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

Súmpsimus, Dómine, celebritátis ánnuae votíva sacraménta: praesta, quaésumus: ut et temporális vitae nobis remédia praébeant, et aetérnae. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

O Signore, Te ne preghiamo, purífica benigno le nostre ànime con questi sacramenti, affinché, di conseguenza, anche i nostri corpi ne traggano aiuto per il presente e per il futuro. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.

Abbiamo ricevuto, o Signore, i sacramenti destinati a celebrare la votiva solennità; fa, Te ne preghiamo, che ci procurino i rimedii temporali e quelli della vita eterna. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.

**M. Amen.**

O Signore, ci soccorra l'umanità del tuo Unigénito, affinché, Quegli che nato da una Vergine non diminuì l'integrità della madre, ma la consacrò; nella festa solenne della sua Natività, spogliandoci delle nostre colpe, Ti renda accetta la nostra oblazione, Gesù Cristo nostro Signore: Che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.

**M. Amen.**

### MESSALINO FESTIVO

Testo latino e traduzione italiana

#### PROPRIO DELLA S. MESSA

tratto dal *Missale Romanum* a.D. 1962 promulgatum

#### XVI Domenica dopo Pentecoste Natività della Beata Vergine Maria

##### INTRÓITUS

*Ps. 85, 3 et 5 - Miseréremihi, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: quia tu, Dómine, suávis ac mitis es, et copiósus in misericórdia ómnibus invocántibus te.*

*Ps. 85, 1 - Inclína, Dómine, áurem tuam mihi, et exáudi me: quóniam inops, et pauper sum ego.*

*Glória Patri...*

*Ps. 85, 3 et 5 - Miserére mihi, Dómine,...*

*Sal. 85, 3 e 5 - Abbi pietà di me, o Signore, poiché tutto il giorno ti ho invocato: Tu, o Signore, che sei benigno e pieno di misericordia verso quelli che ti invocano.*

*Sal. 85, 1 - Porgi l'orecchio verso di me, o Signore, ed esaudiscimi, perché sono misero e povero.*

*Gloria al Padre...*

*Sal. 85, 3 e 5 - Abbi pietà di me, o Signore,...*

##### ORATIO

Tua nos, quaésumus, Dómine, grátia semper et praevéniat et sequáur: ac bonis opéribus iúgiter praestet esse inténtos. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

Fámulis tuis, quaésumus, Dómine, coeléstis grátiae munus impertíre: ut, quíbus beátae Vírginis partus éxstitit salútis exórdium: Nativitátis eius votíva solémnitas, pacis tríbuat increméntum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saécula saeculórum.

**M. - Amen.**

O Signore, Te ne preghiamo, che la tua grazia sempre ci prevenga e segua, e faccia che siamo sempre intenti alle opere buone. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.

O Signore, Te ne preghiamo, concedi ai tuoi servi il dono della grazia celeste, affinché, a quanti il parto della beata Vergine fu principio di salvezza, la votiva festa della sua natività procuri incremento di pace. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.

**M. - Amen.**

*Inter Multiplices Una Vox*

*Associazione per la salvaguardia della Tradizione latino-gregoriana*

*c/o Nagni Sonia, via Tetti Grandi, 9 10022 Carmagnola (TO)*

*tel: 011-972.23.21 - fax: 011-550.18.15 - c/c postale n° 27934108*

*Indirizzo internet: [www.unavox.it](http://www.unavox.it) - Indirizzo posta elettronica: [unavox@cometa.com.it](mailto:unavox@cometa.com.it)*

**Torino 2012 - Pro manuscripto**

## EPISTOLA

Lectio **Epistolae** B. Pauli Ap. ad *Ephésios*, 3, 13-21

Fratres: Obsécro vos, ne deficiátis in tribulatióibus meis pro vobis, quae est glória vestra. Huius rei grátia flecto gēnua mea ad Patrem Dómini nostri Iesu Christi, ex quo omnis patérnitas in coelis et in terra nominátur, ut det vobis secúndum divítias glóriæ suae, virtúte corroborári per Spíritum eius in interiorem hóminem, Christum habitáre per fidem in córdibus vestris: in caritatē radicáti, et fundáti ut possítis comprehendere cum ómnibus sanctis, quae sit latitúdo et longitúdo, et sublímitas, et profúndum: scire étiam supereminéntem sciéntiae caritatē Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei. Ei áutem, qui potens est omnia fácere superabundánter quam pétimus, aut intelligimus secúndum virtútem, quae operátur in nobis: ipsi glória in Ecclésia, et in Christo Iesu, in omnes generatiónes saeculi saeculórum. Amen.

**M. - Deo grátias.**

## GRADUALE

*Ps.* 101, 16-17 - Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terrae glóriam tuam.

Quóniam aedificávit Dóminus Sion et vidébitur in maiestáte sua.

*Sal.* 101, 16-17 - Le genti temeranno il tuo nome, o Signore, e tutti i re della terra la tua gloria.

Poiché il Signore ha edificato Sion e sarà veduto nella sua maestà.

## ALLENÚIA

**Allelúia, allelúia.**

*Ps.* 97, 1 - Cantáte Dómino cánticum novum: quia mirabília fecit Dóminus. Allelúia.

**Allelúia, allelúia.**

*Sal.* 97, 1 - Cantate al Signore un cantico nuovo: perché meraviglie fece il Signore. Allelúia.

## EVANGÉLIUM

Sequéntia **S. Evangelii** secundum *Lucam*, 14, 1-11

In illo témpore: Cum intráret Iesus in

Séguito del **S. Vangelo** secondo *Luca*, 14, 1-11

In quel tempo: Essendo Gesù entrato in

Lettura della **Lettera** del B. Paolo Ap. agli *Efesini*, 3, 13-21

Fratelli: Vi prego, non perdetevi d'animo per le tribolazioni che io ho per voi, le quali sono vostra gloria. A questo fine piego le mie ginocchia dinanzi al Padre del Signore nostro Gesù Cristo, da cui ogni famiglia prende nome e in cielo e in terra, affinché vi conceda, secondo l'abbondanza della sua gloria, che siate fortificati in virtù, secondo l'uomo interiore per mezzo del suo Spirito. Il Cristo abiti nei vostri cuori mediante la fede, dimodoché, ben radicati e fondati nella carità, possiate comprendere con tutti i santi quale sia la larghezza, la lunghezza, l'altezza e la profondità di quella carità del Cristo, che sorpassa ogni concetto, affinché siate ripieni di tutta la grazia secondo la pienezza di Dio. A Colui che può fare al di là di tutto, molto al di là di quanto noi domandiamo e pensiamo, secondo la virtù che opera in noi: a Lui sia gloria nella Chiesa e nel Cristo Gesù per tutte le generazioni di tutti i secoli. Amen.

**M. - Deo grátias.**

domum cuiúsdam princípis pharisaeórum sábbato manducáre panem, et ipsi observábant eum. Et ecce homo quidam hydrópicus erat ante illum. Et respóndens Iesus dixit ad legisperítos et pharisaeós, dicens: Si licet sábbato curáre? At illi tacuérunť. Ipse vero apprehénsus sanávit eum, ac dimísit. Et respóndens ad illos, dixit: Cuius vestrum ásinus, aut bos in púteum cadet, et non contínuo éxtrahet illum die sábbati? Et non póterant ad haec respondére illi. Dicébat áutem et ad invitátos parábolam, inténdens quómodo primos accúbitus elígerent, dicens ad illos: Cum invitátus fúeris ad núpťias, non discúmbas in primo loco, ne forte honorátior te sit invitátus ab illo, et véniens is, qui te et illum vocávit, dicat tibi: Da huic locum: et tunc incípias cum rubóre novíssimum locum tenere. Sed cum vocátus fúeris, vade, recúmbe in novíssimo loco: ut, cum vénerit qui te invitávit, dicat tibi: Amíce, ascénde supérius. Tunc erit tibi glória coram simul discumbéntibus: quia omnis, qui se exáltat, humiliábitur: et qui se humíliat, exaltábitur.

**M. - Laus tibi Christe.**

## ANTÍPHONA AD OFFERTÓRIUM

*Ps.* 39, 14 et 15 - Dómine, in auxiliúm meum respice: confundántur et reve-reántur, qui quaérunt ánimam meam, ut áuferant eam: Dómine, in auxiliúm meum respice.

giorno di sabato nella casa di uno dei principali Farisei per prendere cibo, questi gli tenevano gli occhi addosso. Ed ecco che un idròpico gli stava davanti. E Gesù prese a dire ai dottori della legge e ai Farisei: È lécito o no, risanare in giorno di sábbato? Ma quelli tacquero. Ed egli, toccatolo, lo risanò e lo rimandò. E disse loro: Chi di voi, se gli è caduto un asino o un bue nel pozzo, non lo trae súbito fuori in giorno di sábbato? Né a tali cose potevano replicargli. Osservando come i convitati scegliersero i primi posti, prese a dir loro questa parabola: Quando sei invitato a nozze, non metterti al primo posto, perché potrebbe darsi che una persona piú ragguardevole di te sia stata pure invitata, e allora quegli che ha invitato te e lui può venire a dirti: Cedigli il posto. E allora occuperai con vergogna l'ultimo posto. Ma quando sarai invitato, va a metterti nell'ultimo posto, affinché, venendo chi ti ha invitato, ti dica: Amico, vieni piú avanti. Allora ne avrai onore presso tutti i convitati: perché chiunque si innalza, sarà umiliato, e chi si umilia, sarà innalzato.

**M. - Lode a Te, o Cristo.**

## SECRETÁ

Munda nos, quaesumus, Dómine, sacrificií praeséntis efféctu: et pérfice miserátus in nobis: ut eius mereámur esse partícipes. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vívit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculórum.

Puríficaci, Te ne preghiamo, o Signore, in virtù del presente sacrificio, e, nella tua misericordia, fa sì che meritiamo di esserne partecipi. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i sécoli dei sécoli.